IUPA/MUDA/ii DA

cp SR 4 GAVRECIVI

# ARISTOTELIS PHYSIO-
gnomia Adamantio interpræte.

## POMPONII GAVRICI GEOPHO-
*nenſis de Phyſiognomia libellus omnibus admo-
dum utilis & periucundus.*

## LVCÆ GAVRICI IN PHYSIOGNOMIA
pleraq; Axiomata, & Chyromantiæ Apo-
telesmata experimento millies
Comprobata,

DE NEVIS IN CORPORE
*Humano ex Niciphoro.*

VIRTVTE

AFFECTVS  SVPERANTVR.

Cum Priuilegio.

Bononię apud Anſelmũ Giaccarellũ
M. D. LI.

AD ILLVSTRISS. ET EX-
CELLENTISS. HERCVLEM. II.
FERRARIÆ DVCEM
AVGVSTISSIMVM.

LVCAS GAVRICVS FOELICITATEM.

IAMPRIDEM Illu-
ſtriss. ac Excellentiss. Dux,
mecum conſtitui in hoc Li
bellulo tuæ celſitudini di-
cato, perſcribere, atq; Typographo excu-
denda tradere, circiter mille & ſeptingen-
ta Ariſtotelis, Adamātij, & Pōponij Gau
rici fratris mei Phyſiognomiæ Axio-
mata cū noſtris additionibus, Dein Chy
romātiæ Aphoriſmos, ſiue Apotheleſma
ta a nobis millies experimento cōprobata,
ſtudioſis Iuuenibus periucunda & Medi-
cis propemodum neceſſaria, ut qui abs te
Illuſtriss. Princeps tantum munus accepe-

rint maximas immortalesq́ ſint tibi gratias allaturi.

Quippe tuo numini cæleſte adeſt ingenium, rerumq́ humanarum experiētia, diuinarumq́ non mediocris cognitio, ut te non ſecus atq́ diuinum aliquod Herculeum numen omnes homines merito admirentur, colant, atq́ uenerentur. Quocirca tu alter ab illo primo Hercule inuictiss. qui tot monſtra domuiſſe fertur omnibus Principibus exemplo futurus ſis quatenus ingentes animi tui dotes imitari debeāt et uiuētes & poſteri, Iſtudq́ opuſculum pro tuæ Maieſtatis auctoritate ſingulis Adoleſcentibus ſtudioſis non minimam preſtabit eruditionem.

Quis præterea eſt tam perſpicax, & ſanæ mentis compos, qui ueluti ſtupens non admiretur magnitudinem, beneficiorumq́ multitudinem, quarum ille opifex rerum & ſummi fabricator olympi contribuit, dotesq́ animi quas conſcia fati ſidera preſtarunt & robur corporis, ergo iure optimo in deorū numero cōnumerandus eris.

Aduertas obſecro Dux Diuiniss. quantum tibi etiam natura condonauit, Quippe qui ab elementis omnibus ſuperfluens qualitas ad æqualitatem redacta eſt, Alma ſiquidem Venus in nono cœli templo ſub Tauri ſidere eius contubernio horoſcopum ſub Virgine ſupputatum trigonica radiatione deſpiciens, tibi apprime uenuſtam, elegantem, egregiam, & optime proportionatam corporis fabricam contulit, et apud omnes gratiam ſingularē, amoriſq́ uiciſſitudinem.

Luna ſub Geminorū Aſteriſmo Mercurij domicilio & in eadem nona cœli ſtatione locata, & ab ipſo ſtilbōte hoſpitio recepta celeritatē, ſolertiam, corporis ro-

bur & peruenuſtam limpiditatem, affabilitatem, eloquiј iucunditatē (amota omni ſuperbia atq; ruſticitate) ruſticis innata, ĳs præcipue, quos cæca fortuna ad altum gradũ ſæpenumero extollere conſueuit.

Iuppiter in tertio cæli tēplo te non ſolũ affabilem & beneuolum effecit ex inclita ſtirpe genitum, ſed contribuit tibi Regiã Maieſtatem cum magna quapiam religione connexam. Quis. n. non admiretur tuã fidem ſinceram, quam erga chriſtianam religionem profiteris, & in pauperculos cliētes munificentiam, atq; innatam in ſubditos clementiam.

Iuppiter præterea in eadē cæli ſtatione dedit tibi duos fratres natu minores Illuſtriss. Hippolytum in primis Cardinalem Reuerendiss. & Auguſtiss. Qui (niſi me cœleſtia fallũt) ante ſuos cineres ſupremos ad Pontificiam poteſtatem promouebitur

ſuccesſitq; Hippolyto ſecũdus frater tuus Donnus Franciſcus Princeps magnanimus atq; bellipotentisſimus.

Mars item tuus ab ineunte tua ætate, clarisſimam militaris diſciplinæ eruditionē tibi Mauortio Duci ab Alfonſo genitore tuo inuictisſimo traditam contribuit.

Falcitenens Phenon, quem neoterici Saturnum appellant, ſub Stilbontis hoſpitio receptus in cacodemone ſuo gaudio collocatus, ſolertiam atq; morum modeſtã grauitatem contulit. Qui ſimul cum Marte inimicorum excidia inferet.

Nodus Vrſinus ſiue Boreus, quē neoterici Caput draconis nũcupãt, in imo cæli templo rebus ſtabilibus, fundamentis & theſauris deputato, Item Sol ſub Lanigeri aſteriſmo ſua quippe altitudine cũ Mercurio per epanaphoram ſiue epycataphorã progrediens tuæ celſitudini ſplendorem

cum Regia quadam Maieſtate connexam quin & Atauorum, Auorumq́ Illuſtriſsimorum ; & parētum hæreditates , theſauros affluentiſsimos , pleraq́ oppida, & treis Ciuitates Florentiſsimas munitiſsimas & inexpugnabiles tibi Inclitiſsime Dux merito conceſſerunt . Immo perenniter conſeruabunt & nati natorum & qui naſcentur ab illis.

Interea Inclitiſsime Ducum
Sol qui terrarum radijs opera oĩa luſtrat
Iam decies ſeptē fauſtos tibi cōferet annos
Si ſeptē nouies letus ſuperaueris illos, (tes.
Quos climacteras uocitāt( Dux ĩclite) ua-

Suſcipe igitur Dux Auguſtiſsime leta fronte munuſculum hoc Ducali faſtigio minus dignum, ſed pro mea in tuam celſitudinem Reuerentia non paruũ profecto diiudicare poteris. ΤΕΛΩΣ.



# AD PHYSIONOMOS LVCAS GAVRICVS.

ILLVD uos moneo quatenus nō ſtatim inſpectis corporum notis, oculorum , uultus , Thoracis brachiorum , Manuum , ſuisq́ lineamentis & protractionibus , Phiſiognomus uelit extemplo uates uideri , & futurorum preſagus nuncupari , Quippe qui id genus hominum uaniſsimum eſt & huiuſcemodi nebulones, res dignas & quæ magno ſunt uſui uileſcere faciunt. Sunt enim tanquam harpiæ ex mendacij preſagio rapaces,quæ fediſsimo contactu omnia deturpant . ut hanc etiam phiſiognomiæ partem quodam modo uileſcere coegerint . Verum huiuſcemodi indicia permulta eſſent , diligentius exquirenda explorādaq́ & qui in corporibus humanis huiuſcemodi phiſiognomiæ ſigna habuerint nō protinus dicēdi erũt tales, ſed pronitatem quandam habere,quæ ſi ad bonum , ratio poteſt etiam amplius perficere , Sin ad malum Ratio & hominis prudentia identidem & recta educatio emendare , & in contrarium inflectere, & oppoſitam inclinationem redigere. Iccirco in brutis certiores ſunt coniecturæ, quàm in hominibus , quandoquidem ſupra ſenſuales affectus potentiã mo-

deratricem non habent, quæ in melius conuertat, quod deterius eſt, Aut ãplius perficiat quod melius, qua quidem donatur homo, quæ ratio nuncupatur, omni indicio bono perfectior, & omni malo, ut id deuitet quod portenditur ualde potentior, nata ad illud quod optimum eſt, ſemper dominari maximum quippe Dei munus & ſemper Deum teſtata parentẽ.

Pomponius GAVRICVS frater meus Annum agens duodeuiginti in Gymnaſio Patauinæ urbis, De ſculptura, & hunc de phyſiognomia edidit libellulum, & ubi agitur de oculis ſatis modeſte & abſq; arrogantia ſcripſit.

Attingam tamen potiſſimũ ea quæ ad hanc ipſam rem magis pertinere uidebuntur.

Ac ne minutula forte fides habeatur parum experto adoleſcenti, exiſtimes uelim huius rei Authorem non Pomponium, ſed grauiſſimos olim phyſicos Ariſtotelem atq; Adamantium extitiſſe.

## DE OCVLIS

Oculi, Hos natura tanquam conſpicillares animorum noſtrorum feneſtras eſſe uoluit.

Quem igitur uideris, inquit Ariſtoteles, ſubnigros



ac mediocriter concauos oculos habentem, ex leone qui talis eſt, animoſum eũ fortemq; diiudicato.

Quem conditos, ex ſimia, ſimulatorem fraudulentum, deluſorem, malitioſum,

Quem ſtabiles firmosq;, ex boue grauem ac frugi hominem uaticinari poteris.

Quem protenſos, ignauum, iniurium contumelioſum ac uere ex Aſello Aſinum.

Ex Ariſtotele Philoſophorum Principe & Adamantio eius interpræte.

## DE OCVLIS.

| | | |
|---|---|---|
| Lucidi, humidi | Hilares proborũ | Morum |
| Mediocres | Bonæ diſpoſitiõis | Nãles |
| Perparui | Puſillanimi | Simiæ |
| Concaui | Malitioſi | Simiæ |
| Permagni | Tardi | Boues |
| Grandiuſculi parũ concaui | Manſueti | Boues |
| Subnigri parum concaui | Magnanimi | Leones |
| Eminentes | Fatui | Aſini |
| Bilioſi | Furioſi | Capræ |
| Ignei | Iracundi | Canes |
| Lucentes | Luxurioſi | Galli |
| Subrubeſcentes | Iracundi | Paſſio |

| | | |
|---|---|---|
| Nigriflauentes, ceſii | Boni animi | Paſſio |
| Nigri uel ceſij | Timidi | Paſſio |
| Diſcolores | Meticuloſi | Paſſio |
| Nictantes | Formidoloſi | Paſſio |
| Humidi lucidi | Hilares proborũ morum | |
| Lippientes | Temulenti ſomniculoſi | |

## FRONS

| | | Veluti |
|---|---|---|
| Quadrata | Magnanimi | Leones |
| Seuera | Audaces | Leones |
| Eleuata | Liberales | Leones |
| Valde parua | Indociles | Sues |
| Longa | Adulatores | Canes |
| Rotunda | Hebetes | Aſini |
| Tenſa | Adulatores | Paſſio |
| Tranquilla | Mites | Paſſio |
| Demiſſa | Triſtes | Paſſio |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Supercilia | ( Coniuncta | Triſtes | |
| | ( Diuulſa | Fatui | Porci |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Labra | ( Subtilia Mollia | Magnanimi | Leones |
| | ( Subtilia dura | Immundi | Sues |
| | ( Groſſa ſuperius perpendula | Fatui | Aſini |



| | | | |
|---|---|---|---|
| Aures | ( Paruæ | Scurriles | Simiæ |
| | ( Magnæ | Hebetes | Aſini |
| | ( Flaccæ | Stolidi | Aſini |
| | ( Moderatæ | Boni ſenſus | Naturale |

## NASVS

| | | |
|---|---|---|
| Rotũdus, obtuſus, Aquilinus | Magnanimi | Aquilæ |
| Extremitates Groſſæ | Concupiſcentes | Boues |
| Acutus | Iracundi | Canes |
| Mentum acutum | Fideles | Canes |
| Simus | Luxurioſi | Cerui |
| Patens, Apertus | Iracundi | Paſſio |

## FACIES.

| | | |
|---|---|---|
| Flaua | Boni animi | Leones |
| Ruffa | Acuti | Vulpes |
| Rubra | Ingenioſi | Elephas |
| Fuſca | Fortes | Boues |
| Pernigra | Timidi | Aethiopes |
| Peralba | Formidoloſi | Mulieres |
| Flammea | Iracundi | Paſſio |

## Ceruix. COLLVM

| | | |
|---|---|---|
| Piloſa | Liberales | Leones |

| | | |
|---|---|---|
| Longa | Tumidi edaces | Leones |
| Moderata | Magnanimi | Leones |
| Groſſa | Fortes robuſti | Boues |
| Carnoſa | Iracundi | Tauri |
| Perbreuis | Doloſi | Lupi |
| Gracilis | Debiles | Mulieres |

## CAPVT.

| | | |
|---|---|---|
| Magnum | Hebetes | Aſini |
| Minutulum | Fatui, uoraces | |
| Mediocre | Boni ſenſus | naturale |
| Pineatum | Inuerecundi | |
| Cacuminatum | Iactatores ungui curui | |

## CAPILLI.

| | | |
|---|---|---|
| Erecti capillos | Timidi | Paſsio |
| Plani capillos | Simplices | |
| Criſpi capillos | Timidi | Aethiopes |
| Denſi capillos | Praui | |
| Criſpi in extremo | boni animi | Leones |

## DIGITI MANVS.

| | | |
|---|---|---|
| Digiti copulati | Immundi | Sues |
| Curti & craſsi | Temerarii immanes | |



| | |
|---|---|
| Vngues lati albi ſubruffi | Viriles |
| Anguſti oblongi | Feroces |
| Obliqui | Impudentes, rapaces. |
| Exigui | Veteratores |

## PECTVS ET VENTER

| | | |
|---|---|---|
| Cum pilis | Inſtabiles | Aues |
| Glabra ſine pilo | Inuerecundi | Mulieres |
| Pectus amplum & cōpactum | Fortes | Leones |

## DORSVM ET SPONDILES.

| | | |
|---|---|---|
| Cum pilis | Inuerecundi | Beſtiæ |

## VMBILICVS.

| | |
|---|---|
| Longū a pectore interſticum | Voraces |
| Equale | Laudabiles |

## PECTEN.

| | | |
|---|---|---|
| Oſſeus acutus | Fortes | Maſculi. |
| Carnoſus pinguis | Molles | Feminæi |

## COXAE.

| | | |
|---|---|---|
| Neruoſæ | Fortes | Maſculi |

| | | |
|---|---|---|
| Carnoſæ | Molles | Feminæ |

CRVRA.

| | |
|---|---|
| Neruoſa groſſa | Fortes |
| Neruoſa ſubtila | Luxurioſi |
| Groſſa infirmia | Inuerecundi |

CAVILLAE.

| | | |
|---|---|---|
| Neruoſæ,formatæ | Fortes | Maſculi |
| Carnoſæ informes | Molles | Feminæ |

PEDES.

| | | |
|---|---|---|
| Neruoſi, commenſurati | Fortes | Maſculi |
| Stricti, parui | Molles | Feminei |
| Curui ungues | Inuerecundi | Rapaces |
| Recti ungues | Laudabiles | Naturales |

MOTVS.

| | |
|---|---|
| Percitus uelox | Inconſtantes |
| Segnis | Hebetes |
| Tardus | Graues magnanimi |



CORPVS

| | |
|---|---|
| Perparuum | Ingenioſi acuti |
| Pergrande | Tardi |
| Medium | Sapere optimum |
| Incommenſuratum | Aſtuti |
| Commeſuratum | Fortes |
| Molles carne | Apti ingenio |
| Molles flexu | Obliuioſi |
| Durum aſperum | Hebetes |

VOX

| | | |
|---|---|---|
| Fortis | Graues iniurioſi | Aſini |
| Grauis in acutum finiẽs | Timidi queruloſi | Boues |
| Grauis Moderata | Fortes | Canes |
| Mollis ſine intenſione | Manſueti | Oues |
| Acuta ſatis | Iracundi | Capræ |

# PHYSIOGNOMIA
## POMPONII GAVRICI TRACTA tus de Phyſiognomonia
### DE OCVLIS

OCVLI magni, mobiles, lucidiq́ ſi toruum cō tueuantur ſimul & ſupercilia poringantur Agre‐ ſtiores, crudi, rapacioriſq́ animi hominem indi‐ cabunt, tales enim ſunt Aprorum luporumq́.

Ariſtoteles quidem nec magnos, nec paruos ait oportere eſſe oculos qui probentur

Prominentes oculi qui ſeſe extra mittant quibusq́ in circuli ſpeciem tumor circumducitur, aut con‐ tra quos ueluti caſtrorum foſſa circumdederit, doloſum, ſtolidum, hominem ineptiſſimum ſigni‐ ficabunt,

Qui ſi & mobiliores fuerint uoracem

Si petulci atq́ ſanguinei ebriolum,

Si Glauci, nec iuſtitiam, nec conſuetudinem homi nis ullam laudamus,

Si uero & ſupercilia grauant, certior erit eius amē‐ tia.

Si tumentiores paruiq́ parricidium ac ueneficium declarabitur

Quibuſcunq́ uero fuerint prominentiores, ſplendi di, grandiores, purum humidumq́ intuentes, inſi‐



gni omnes iuſtitia & conſuetudine præditi diſcipli nis aptisſimi, deamoroſisſimi, qualem ex Theæte‐ to didicimus fuiſſe Socratem,

Conditi nimis (quamq́ acutisſimi, omnium intuē do) niſi fuerint & magni, nullo pacto probantur, ho rum namq́ paruitas disſimulatorem, inuidum inſi‐ diatorem, Siccitas ad illa perfidiam. humiditas & Amentiam augent,

Laudatur uero ſtatus oculorum medius inter pro‐ minentem, & conditum, & qui nec tumidiores ſint nec concaui, ſed mediocritatem quandam magni‐ tudinis habeant caſtigatam

Mobiles oculi turbatorem, ſuſpitioſum, interpel‐ latorem, inſidum, ac curioſum magiſquam perſica‐ cē oſtendunt, Si & palpebræ moueantur certe ani‐ mam propotentem, ſin minus audacem,

Ocius circumuolubiles oculi Ganeonem, tardoris motus, pigrum, inertemq́ denotabunt,

Tremuli oculi ſi in dextram ierint, ſecordiam, inſa‐ nitatem, ſi in ſiniſtram adulterium,

Si uero introrſum, quaſi naſo annuerint, Gratio‐ ſum, Venereum, & Amoroſum declarabunt,

Rigidiores nunquam boni, nam ſi fuerint humi‐ di, formidoloſum, ſi aridiores ueſanum, ſi palli‐ diores ſtolidum indicabunt,

Si uero Grandiores fuerint ac ſubrubicundi impo‐

tentis erunt, & libidinis, & gulæ teſtimonium
Quod ſiquem uideris, qui ſplendeſcentes huiuſmo
di oculos habeat, hunc tu ad coruos ut nec tibi ci
uem nec uicinum eſſe audias ut qui malis tantum,
& calamitatibus gaudeat Alienis,

Oculi qui quum ſe claudunt ſurſum attolluntur li-
bidinoſitatis, guloſitatis, ac ſacri morbi certiſſi-
mum ſignum. Quod ſi & pallidi fuerint impios
atq; homicidas,

Si rubeſcentes nigranteſue, intemperatiſſimi oris,
mulieroſos, ſtolidos, aleatores indicabunt. contra
qui feruntur deorſum contraria ijs eſſe omnia

Subalbediores, timiditatis, impotentiæ ſignum

Subpurpurei cũ (Siccitate Iracundos) (Humidita. Ebriacoſos) indicãt

Oculi qui quum ſeſe aperiunt perſtant, uel cogita
tionem, uel certe alicuius rei pœnitentiam ſignifi-
cabunt,

Vibrantes paruiq; oculi doloſum, adulterionem, Ma
gni uero ineptum, rudem guloſumq; arguunt,

Quod ſi grandiuſculi ſplendidiq; humidius contueã
tur, ingentem commoſtrabunt ſpiritum, excelſam
ac maximorum operum effectricem animam, Ira-
cundos tamen ebriacoſos, & ſupra hominem gloria
bundos, qualem fuiſſe aiunt Alexandrũ Macedonẽ.

Tenebricoſi oculi manifeſtũ quidem iis ineſt incom-



modum, Si tamen ſicciores fuerint Inſidum. Si &
minuti bilinguem, doloſum, inſidiatorem, & qui gra
uiſſimas inimicitias profitetur Achilles, aliud pecto
re occultantem, aliud de ore promentem animi
multiplicis peſſimiq;.

Si uero quales puerorum uideri ſolent humidi gran
diores animoſum, conſtantem, ſtudioſum, pruden-
tem, diſciplinis habilẽ, timidum, ac prope auarum.

Prelucidi autem (modo contradixerit aliud nihil) op
timi.

Splendeſcentes oculi, tametſi utiles, non tamen cer
te ſunt probitatis indices.

Iidem enim glauci ſanguinei ue, calliditatem arguũt,
ac iam ueſaniæ proximiorem audaciam.

Subnigri, timorem, formidinem, ſuſpitiones.

Nigri uero & adulterium, Qui ſi toruum contuean-
tur, difficilitatis moleſtie ac moroſitatis indicium,
Si & humidum fortitudinis, imprudentiæ, celerita
tis, iracundiæ, ſecordiæ, inuenuſtatis, ſi & ſuum ne-
quitioſiſſimæ ſceleroſitatis.

Oculi in quibus uoluptas quædam ac riſus & ut ita di
cam, inhabitant, Diſſimulatores, iidem uero condi
ti, inſidiatores.

Sicci aut quibus exteriora palpebræ ſupercilia, bene
ac labra non ſteterint reprobiſſimos indicabunt.

Humidi uero non malos quidem, ſed tamen uanos,

rudes omniq́ animorum commotione carentes, pigros, intemperantesq́.

At ſi horum inanes palpebræ non connictarint, fueritq́ frons leta, & utrinq́ ſimul uacua ſupercilia hominem eum ſignificabunt magnificumiu,ſtum, ſuauem, pium, facilem, hoſpitalem, atq́ optimæ conſultationis.

Triſtes autem humidiq́ ſtudioſum, plurimarumq́ artium ſectatorem. Nam ſi ſuperciliis obtegantur aſfueritq́ leta frons, æquabilem, fidum, frugi, prudentem monſtrabunt.

Sicci uero, ſi & uultus fuerit trucior. Item ſi frons aſpera, aſpectus immobilior, palpebræq́ rectæ ruſticanisſimas uoluntates improbisſimas & cogitationes, nec ullum unquam iis eſſe intẽtatum imperfectumq́ facinus.

Acuti oculi tumultuatorum hominum ſunt atq́ rapacium, alienis bonis inhiantium.

Oculi, qui frequentius cõniuent, id autem eſt quum immoto capite huc illuc obliquantur, formidoloſitatem coarguent, ſi cum ſiccitate fraudẽ, inſidias, occultumq́ aliquod malum facinus.

Si cum tremore palleant, aut quopiam auertantur fatuitatẽ, atqui nõ cõniuerint robuſtiores, inuictiq́.

Quod ſi & grauedinoſum intueantur nihil unquam bene eſt id quod parant.



Si lene atq́ humidum ſtudioſos, ſaciles, amoroſos indicabunt homines.

Si palleſcentes puniceiue ſiccum cõſpiciant improbiſſimarum rerum memoriam, iracundiam, inuidentiam, aut quamuis aliam extremam maliciam denotabunt.

Si cicurmuoluantur Amentiam, fatuitatem

Oculi quibuſcunq́ pernictant inſidiatores, furaces homines inſinuant,

Si humidum, multarum artium ſtudioſos

Sin contrement palleſcant ue famelicos, & qui ad epilepſiam declinarint,

Quibuſcunq́ oculi non pernictarint, ſed ſi quum clauduntur defluant, uerecundos.

Si & mox attollantur adulteros, uoraces

Si recti permanſerint, benignos, bonoſq́ uiros,

Si nec ſicci temerarios homines indicabunt,

Quod ſi ad hæc frontem quis habuerit aſperiorem, ſupercilia conſtrata, palpebraſq́ duriores agreſtiore animo paratos ad audendum omnia, quiq́ & laudibus, & honoribus, & donis facillime capiãtur.

Horum omnium mediocris ſtatus precipue laudatur

## DE PVPILLIS OCVLORVM & cenchris.

OCVlorum Acies quas, & pupillas uocant, Paruæ quibus fuerint, prauiſſimæ cogitationis eos eſſe neceſſe eſt, item & auaros, ac puſilli animi, Serpentes enim, ſimiæ, uulpesq; huiuſmodi

Contra quibus Magnæ, placidiſſimæ mentis, liberales, magnanimos, fortes, hominum quippe ac bonum tales,

Quibus ſecundum rationem oculorum decentes fuerint, probi erunt,

Quibus contra, nefarij, impudentes, ſceleroſi,

Quibus inequales, non prorſus mali,

Sunt autem interdum in oculis calculi quidam, Quos Græci cenchros uocant ad ſimilitudinem milij candidiores, fului, pallidi, ſanguinei quiq; admixtum habent pallidum fuluo, & ijs nigrum in charopis oculis cenchri qualeſcunq; Agreſticitatis iniuriæq; notæ.

In nigris, ſanguinei, ueneficorum, pollentes etiam magicorum carminum,

## DE PALPEBRIS ET SVPERCILIIS

QVI rectas palpebras, flexaq; ſupercilia non habuerint ſed cum tremore ſubmoueant aſpectum





pectum ij ſemiuiri quum ſint uiri tamen eſſe coguntur

Quibus innuendo protenduntur palpebræ feminati atq; libidinoſi,

Qui alteram palpebrarum emittũt, & dum quopiam auerterint humidum ac molle reſpiciant, delitioſi Qui plurimum formæ ac pulchritudini eorum fidant atq; mechi.

Veſiculæ autem illæ quæ ſolẽt eſſe infra oculos, ebrioſorum, Quæ ſupra ſomniculoſorum, Ambæ uero utrorumq;.

Anguli oculorum a' temporibus parui, reprobos denotant homines.

Anaribus, carnoſi reprobiſſimos denotant

## DE SVPERCILIIS

SVPERcilia qui attollunt cum ſpiritu, crudæ ſunt mentis prauiq; conſilij homines uanj, obloquentes, iracundi, ſeditioſi. Recta ſupercilia, mollẽ, iuxta naſum flexa rigidum, iuxta tempora deriſorem. contracta inuidũ, Demiſſa maleuolum indicabunt hominem.

## DE OCVLORVM COLORIBVS.

QVi Glaucos oculos minimasq; acies habuerint, illiberales, auari, callidi.

Qui eosdem aridos incertis erunt moribus agreſtes.

Qui humidos, dat enim hos Palladi Homerus græcorum poeta egregius.

Splēdeſcētes decēterq; magnos, optimi atq; animoſi.

Subpurpurei quibus fuerint oculi cum ſiccitate iracundos, cum humiditate ebriacoſos ſi dixeris nihil aberrabis.

Subalbidiores paucāq; glaucitatē habentes timiditatis atq; impotentiæ ſignum.

Cerulei quia ceteris humidiores propterea & meliores.

## DE NASO.

NAſi ſummum gracile ſi fuerit, facilem iracudiam indicat.

Craſſum uero depreſſumq; conſceleratos mores denunciat.

Plenum, ſolidum, obtuſumq; ſi uideris, ex leonibus Molloſisq; fortem atq; iactabundum diiudicato.

Naſus oblongus, gracilis roſtratusq; eiusq; generis mores dabit.

Naſus aduncus uitæ morumq; honeſtatis ſignum eſt certisſimum,

Naſus rectus linguæ ſignificat intemperātiam, acutus iracundiam, obtuſus mollitiem,

Simus, immodeſtiam ſcortationem



Minor fraudem, rapacitatem.

Adapertus, animi uim roburq; corporis.

Anguſtus rotundior obſtructusq; ſolitatē, ſecordiam, ueſanitatem

Obliquus intortusq;, mentis & animi obliquitatem inſinuat.

## DE FRONTE.

FRONS Anguſta ruditatis eſt ſignum

Plana ſecordiæ, Magna ſegnicei

Parua mobilitatis ſtygmate inuſta,

Frons autem longa docilitatem atq; optimos mores oſtendit,

Depreſſa atq; humilis effeminatum,

Rotunda iracundum, Gibboſa inſenſatum, Circumducta impudentem decernit uirum.

Aſpera quæ quaſi foſſas habeat, infidum, callidum, & ſi cætera adfuerint ſtolidum

Quadrata quæ ſcilicet ſuæ magnitudinis demēſionē habuerit, eruditisſimæ prudētiæ, fortitudinis, intellectus optimi Magnificentiæq; index

Frons Alta rectaq;, contumaciam,

Diſtenta, Seueritatem, Rugoſa, ſtudium,

Atq; ſolitudinem oſtendet

## DE GENIS ET MALIS.

GEnæ malæq́ quibus carnoſæ, ſegnes, inertes, atq́ ebriacoſos indicant,
Graciliores, improbitatis indicium
Pinguiores calliditatis uerſutiæ,
Craſſæ & ab oculis demiſſiores inuidentiæ ſignum,
Rotundæ, doloſum
Prelargæ uaniloquentiorem

## DE DENTIBVS.

Quibus hominibus plures inſunt dentes, eos magna ex parte uiuatiores eſſe
Quibus uero tum pauciores, tum rariores, eos plerumq́ uitæ breuioris eſſe.

## DE ORE ET LABRIS.

OS neq́ infimū neq́ protenſum Audaciæ, nugacitatis, Dementiæ nota
Os paruum prominensq́ inſidiarum reprobitatis
Concauum ac fornicatum ut ſi infremeret inuidentiæ ſceleroſitatis
Humidum ac depreſſum formidinis & conſiliorum inſtabilitatis indicium.
Oris autem ſectio, ueſanum, crudum, uoracem, manduconem indicit.



Vaſtitas caninam denorabit eſuritionem
Os paruum fœminas. Maius uiros decet.

## DE LABRIS.

LAbra in ore maiori tenuia ut inferioribus adiicianter ſuperiora, magnanimitatem ſignificant Ac leoninam fortitudinem.
In mnori autem ore labia ignauiam, inhumanitatē, immodeſtiam, impietatem, perfidiamq́ obnuciant.
Quibus ſupra caminos attolluntur ex rictu labra, peſſimorum morum adclamatores, iniurii, conuiciatores, mordaces.
Quibus totum os protēditur labraq́ ſunt prepinguidiora rotunda atq́ extrinſecus inuerſa, unde chilonum labronumq́ cognomina, ex moribus & operibus ſunt ſuini.
Quibus inferiori labro ſuperius labrum ſuperadiicitur prudentiores
Quibus contra, labro labium prominebit magis, non prorſus mali, quamquam uani ſint homines & ſtolidiores.

## DE MENTO.

MEntū quibuſcūq́ lōgius, nō omnino reprobi, niſi quod præter modū loquaciores ac molliuſculi.

Quibuscunq́ꝫ breuius, peſſimi,crudeles,duri,atqꝫ inſi-
diatores, ex ſerpentibus, qui tales ſunt,
Quibus acutum,bonam habent ii omnes mentem,
Quibus rotundiorem figuram circumſcripſerit effe
minati atqꝫ libidinoſi.
Quibus quadratam uiriles
Quibus ſummo in loco tanquam in duos uertices diſ
ſiluerit modo ſciſſura ſit apparens, doloſi
Nam ſi leuis,uenerei potius gratioſiqꝫ indicabũtur
homines.

## DE CAPITE ET CAPILLIS

CAput ualde paruum quiſquis habuerit is erit ab
omni ſenſu humanoqꝫ captu alienior
Qui modicum , fortis,probe ſenſatus,magnanimusq́ꝫ
Qui permagnum , imbecillus , illiberalis, nullius, aut
certe rudisſimi perceptus, obliuioſi.
Qui obliquum caput, inuerecundior
Qui uero altum , contumacior
Qui utrinq́ꝫ conuexum, iracundior,
Pars capitis poſterior depreſſa atqꝫ humilis formido-
loſi & prorſus animo toto carentes,
Caput uolunt id ſenſibus ceterisqꝫ rebus uideri perfe-
ctum , quod mediocre fuerit
Quod rectum , quod & intra menſum conſtiterit,



ac Zetæ Græcæ literæ figuram habuerit.
Capillos autem nihil ad hanc rationem cõferre uult
Adamantius , ſunt uero multiformes porrecti, cri-
ſpi, intorti, leues, molles, duri,denſi,rariores, nigri,
albi, glauci, rubei, ruffi, flaui & eiuſmodi.
ARISTOTELES tamen molliores capillos fa-
cilioris uult eſſe ingenii ſignum,Duros , & grosſio-
res , Agreſtioris atqꝫ rudioris .

## DE AVRIBVS.

AVrium multa uarietas , quædam ſunt tenues ,
quædam craſſæ, aliæ magnæ, aliæ paruæ , exta n-
tes, præſſæ atqꝫ earum mediæ , item quadratæ , ro-
tundæ,immobiles,& unde flaccorũ cognomina,lan
guentes ac deciduætenues igitur minores ac ueluti
circuncisæ fatuum denotabunt,callidũ,malitioſum
Craſſæ magnæq́ꝫ ſurdaſtrum,
Extantes præſentaneam hominis docilitatem, mãſue
tudinem , binignitatem.
Preſsæ inſcitiam, ruditatem.
Quadratæ uero ac mediocriter magnæ in audiendo
Argutisſimum,

## DE FACIE AC VVLTV.

FAcies quibus eſt ( Ariſtoteles inquit ) magna , ru-
diores, quibus parua immoti, quibus longa , ſtu-

pidi, Quibus circumlata, Animoſi,
Carnoſa (inquit Adamātius) facies delitioſi eſt homi nis lauti ac pubeſcentis,
Macra, ſtudioſi, deamatoris, inſidiatoris.
Parua facies paruos quoq; redarguit mores,
Permagna uero ſtolidiores.
Iam uero ipſe index obtectorq; conſcientiœ noſtræ uultus, quam incertus, inconſtās, uarius quia totus uidelicet ex animorum perturbationibus confingi tur, quin etiam interdum earum ſimulator ac diſſi mulator,
Alacer, claruſq; uultus certisſimus eſt index adulterii
Erubeſcens, hinc illud, erubuit, ſalua res eſt, pudoris ac uerecundiæ.
Vultum qui perexprimere potuerit is ſe ſciat, non multum iam abeſſe a Lyſippo, uel præxitele.

## DE COLLO.

Collum quicunq; habuerint oblōgius graciliusq; timidiores ſunt, atq; egregiæ malorum morum.
Qui pinguidius prolixiusq; arumoſiores, iactabundi contumaces.
Qui & compactius robuſti fortes atq; ad diſciplinas capeſcendas idonei,
Nam qui contra inanius habuerint uafri adulteri ue,

Collum



Collum quod neruis obtenditur, Siniſtri ac ſi adſint & cetera, fatui inq; dementiam dilabantes
Collum prepinguius, iracūdi, ad diſciplinas inhabiles ſuini, rudisq; mineruæ,
Collum breuius premutilumq;, audaces.
Collum denſius nullam in partem cadens ſiniſtri cō tumaces, inepti
Collum effractum ſemiuiri, effeminati
Collum in dextram adclinans, ornati, prudentes, ſtu dioſiq;:
In ſiniſtram, adulterij ac nullius prudentiæ,
In utramq; uero aut in quamuis aliam prauisſimi ani mi ac mentis indicium
In nullam uero, moderationis, plurimæq;, & Artis, & exercitationis
Collum quibus longum, iiſdem erunt etiam, & cru ra longa, ueluti grues,

## DE CERVICE ET GVTTVRE

CE Ruix quibuſcunq; aſpera atq; obliqua fuerit, ineptisſimi erunt.
Quibus quæ ſub ea ſunt ſpōdiles aſperæ collumq; pro minentius ſeſe humeris ſuper effunderit, iniurij, pre duræ mentis, ad diſciplinas tanquam ad muſicem aſinus, apti,

Guttur aſperum leuitatem arguit , proteruitatem linguæ atque arrogantiam

Quod ſi & ſpondilibus hæſerit ſolam ex ijs leuitatem item hominem ebrioſum . querulum , triſtem, iracundũ, cenipetam , paraſcitum , alioqui ſemper altiora cogitantem.

## DE CLIDIBVS, PECTORE, & Mamillis.

CLEIdes , ſic enim a græcis uocantur ij qui e ſummo pectore in imam gulam exeunt uertices a clauium effectu ſimili

Obſtrictæ nullam uim aut ſenſus , aut actionis oſtendunt.

Apertæ, molliorem feminatumq́ꝫ,

Mediocres uero quæ ad naſi longitudinem dimenſu inter ſe diſtarint inſignem hominis , & prudentiã & uirilitatem.

Quibuſcunq́ꝫ ab umbilico ad cleidas maior cõmenſus quam ſit circumlatio colli, hæc eſt plus duabus faciebus, guloſi,exuriones.

Pectus magnũ ac dearticulatũ ſignificat robuſtitatẽ.

Gracile atq́ꝫ imbecillum Animi puſillanimitatem obnunciat.

Carnoſum uero, affectus dexteritatiſq́ꝫ carentiam &



paruam in rebus ſolertiam,

Mamillæ quibus in obeſo pectore dependent, ſcortatores,ebrioli,&ganeones diiudicantur, nunc poſtremum ad reliqua.

## DE HVMERIS, SCAPVLIS, Lumbo, & Tergo.

PIngues Humeri nullo modo probantur.

Robuſti robuſtos & mores ſignificant,

Vacui, fæminatorum ſunt ac timidorum

Graciles erectiq́ꝫ peſſimorum,

Inarticulati, effomesq́ꝫ ſtolidorum,

Scapula quibus eſt robuſta, robuſti , & ipſi

Quibus imbecilla & gracilis timidi , ac puſillanimes diiudicandi ſunt.

Carnoſa ſenſuum indicat egeſtatem

Anguſta etiam fatuitatem,

Latior mentis Altitudinem,

Rotondior induſtriam,ſagacitatem.

Gibboſa curuaq́ꝫ ſpatula humeriq́ꝫ in pectus effracti inuidentiam, prauitatem.

Lumbus oſſeus fortem ſignificat & uirilem,

Carnoſus molliſq́ꝫ mollem & effeminatum.

Acutus uero intemperantem & timidum.

Tergũ latum ac ſolidum animoſitatis geneſoſitatiſq́ꝫ ſignum,

Anguſtum contra & ſolutum timiditatis & illiberalitatis, incuruus autem homo nequaquam unquam bonus, niſi membra humidiora cæteraq; urbana affuerint ſigna, ſic tu ſuccinctum ac uenatorium iudicabis.

## DE VLNIS BRACHIISVE

VLnæ ſi ita fuerint prolixiores ut demiſſa manus ad medias infra coxendices peruenerint fortitudinis ac fœlicitatis ſignum.

Breuiores uero quorum capita cibo occurrunt maleuolentiæ inuidentiæq;.

Exiles hominem effeminatum, Carnoſiores uero diſciplinis ſenſibusq; carentem denotat uirum,

Vlnas, brachia, cubitosq; ipſos bene articulatos eſſe oportet, quos probari maluerimus,

## DE MANIBVS, DIGITIS unguibusue.

MAnus teneræ malliorescq; optimi dicũtur eſſe ingenii argumentum.

Duræ magnæq; fortem illum quidem ſignificabunt, haud ſatis tamen diſciplinis idoneum

Paruæ manus callidũ, Perbreues ac mutilatæ fatuũ, Quæ ſi & pingues nequiſſimum, denotant hominẽ



Anguſtæ graciles q; manus rapacitatis Pleniores quæ oblongos habent digitos furacitatis, Graciles tortuoſæq; nugacitatis, uoracitatis indicium.

## DIGITI.

DIgitos quicunq; habuerint cõpactos nũquã boni, Qui conſtratos diſiunctosq; callidi auari, atq; perditiſsimorum morum.

Qui paruos gracilesq; paucisſimi quidem intellectus, ſiue diſcurſus,

Qui præmutilos craſſosq;, audaces ferini, Qui oblongos gracilesq; minimæ rudiorisq; mentis

Digiti qui commenſu cõſtiterint ſuo, omniũ optimi.

## VNGVES.

VNgues lati colore albo ſufflauoq; naturæ bonitatem arguunt,

Anguſti, prolixiores, curuiq; item, & carnoſi improuidum male ſenſatum.

Obliqui inuerecundum ac rapacem comonſtrabunt

Parui, pallidi, nigri, aſperiq; ungues, & qui carni heſerint calliditatis.

Rotundiores libidinoſitatis indicium

Vnguium illuciditas nequaquam eſt hominis frugi, ipſi tamẽ per ſe ungues infirmã hẽbunt rationẽ,

## DE LATERIBVS.

LAtera graciliora formidinem, debilitatem,
Dura atq; carnoſa indocibilitatem,
Circumlata atq; in ſpeciem tumoris plena nugantem, nequitiamq; redarguent.

## ILIA.

Ilia prepinguidiora mulierum ſunt propria,
Oſſea uirorum, Gracilia, denſa, Sordida, & tanquam eliquata callidisſimorũ hominum,

## VENTER.

VEnter uacuus & ſanitatem & magnanimitatem oſtendit.
Macerrimus ac preter modum inanis timiditatem nequitiam exuritionem.
Carnoſus ſi & mollis fuerit pendensq; ſenſuum hebetudinem, intemperantiam, ebrioſitatem.
Si Durus circumq; compactus calliditatem.

## COXAE, COXENDICES, CRVRA.

QVibus Articulatæ ſolidæq; fuerint coxẽdices, & crura, egregiam naturæ aptitudinem præſtabunt & generoſiratem



## COXENDICES, CRVRA,

QVibus cõtra inarticulatæ ac molles, timidam arguunt imbecillitatem.
Quibus pergraciles improbitatem
Quæ ſi etiã neruoſæ preter illa, immodeſtisſimã procacitatem.
Crura uere ipſa ſuris pregnantia, intẽperantes, inuerecundos, & abominabiles indicabunt
Genua quibuſcunq; tanquam collabantia Mulieroſi, fœminatique.

## DE PEDIBVS ET TALIS.

PEdes neruoſi Articulati, & generis & morum nobilitatis ueſtigia imprimunt.
Teneri & humiduli molliorem ſignificant.
Præmutili ac pingues ferinos arguunt mores,
Oblongi plurimæ cogitationis ſignum,
Parui calliditatis, magni mechanicitatis.
Qui adæquatas habuerint plantas aut cõtra nimium conuexas, item qui quaſi talis incedunt improbi, Aſtuti, callidiq;.
Quibus enim hominibus pars interior plantæ non caua eſt, ſed ita plana ut ſolum toto attingat ueſtigio ij, uerſuti ſunt & fraudulenti.

## DE TALIS.

TAli autem diſcreti nobilem denotant.
Molles leneſq; effeminatum
Craſſiores timidum, intemperantem.
Calcaneorum craſſitudo plurimæ ſeruilitatis atq; indocibilitatis indicium.
Præpingues talos & aſperiora calcanea carnoſos pedes digitoſq; horum incuruos & ſuras pregnantes qui habuerint, omnes patrio uocabulo utar CATACES, ſic enim pueri appellare ſolebamus fatuæ mentis hominem furioſum atq; ſtolidum.

## DE COLORE.

Quibus niger eſt color, adulteri timidiq; inditium
Albicans color pigrum, intem perantem, fæmi natũ. incontinentem.
Fuluus doloſum ac multiformem,
Subuiridis quem obiiciens piſoni cicero ſeruilem uocauit, niſi ex aliqua egrotane is fuerit prauũ timidũ
Luteus Auarum, inuidum.
Mellin us iracundum, epulonem, nugigerulum dicacem meticuloſum.
Flammeus aptitudinem in diſciplinis capeſcendis

promptitudinem



prõptitudinem, & egregiam animorum nobilitatem ſignificabit.
Albus ſufflauuſq;, & animi, & corporis uim promittit, atq; hæc generaliter.
Pectus ſubrubicundum, excandeſcentem iram denunciat, idemq; erit, ſi quæ circa uentrem, queq; in temporibus inſunt uenulæ paulo apparentiores fuerint
Vultus ipſe per ſe rubicundus uerecundiã oſtendit.
Nam ſi genæ tantum erubuerint, uinoſitatem atq; temulentiam, ebrietatemq; denũtiãt.

ΤΕΛΟΣ.

PHYSIOGNOMIA

## LVCAE GAVRICI IN SVPRA NOtatis a Pomponio fratre epylogus.

### DE OCVLIS.

| | |
|---|---|
| OCVLI parui,defiſſi | Auaros |
| Glauci,conniuentes | Inſidiatores, fures |
| Depreſſi | Doloſos |
| Vari , & parui | Adulteros, doloſos |
| Puſilli , & caui | Cupidos, inſidiatores |
| Ampli ſtillãtes mobili aſpectu | Furentes |
| Ampli | Tardos, inertes |
| Trementes | Ignauos, impudentes |
| Mobiles | Suſpitioſos,infidos, ſeditio |
| Parui | Impudentes (ſos |
| Subtremuli | Iniquos,perfidos |
| Magni uibrantes | Dementes , guloſos , leues |
| Sinuoſi, caui aridi | Perfidos, proditores |
| Caligantes & aridi | Perfidos , homicidas |
| Nigri & reſplendentes | Timidos peſſimos |
| Fluidi lachrimoſi | Non ex egritudine ſtultos |
| Circum turgentes | Crudos,guloſos,inamabiles |
| Ambitus eorum uiridis | Doloſos,fures,iniquos |
| Aridiores | Verſutos, uafros |
| Micantes | Vinolentos, ebrios |
| Lippi | Libidinoſos |



| | |
|---|---|
| Ad naſum uergentes | Venereos amabiles |
| Luſitantes ciliis | Adulteros |
| Protenſis ſuperciliis | Effeminatos |

Oſtipi defixi ſubruffi prægrandes homines denotant uoraces,libidinoſos.

| | |
|---|---|
| Oculi hilares | Iuſtos, bonos |
| Procliues ad riſum | Pios,humanos |
| Humidi | Homines boni conſilii |
| Subtriſtes humidi | Studioſos |
| Hilares humidi lucidi | Probos mores uitãq́ con- |
| Nigri & clari | Iuſtos,ſolertes (ſpicuã |
| | Scitos tamen libidinoſos |

Excelſi,ampli,lucidi,uibrãtes alacres,puri,humidi,denotant homines ſtudioſos,ſolertes, uirtutum amatores magnanimos, tamẽ iactabundos quibus ineſt rectum conſilium, atq́ integrum , eloquium dulce & gratioſum.

### FRONS.

| | |
|---|---|
| Anguſta | Stolidos, ruditatis ſignum |
| Ampla | Largos liberales |
| Longa | Dociles, bonos mores |
| Rotunda | Inuidos, doloſos |
| Rugoſa | Curis onoratos, ſtudioſos |
| Sublata turgida | Verſutos tergiuerſantes |
| Plana | Inertes ſecordes |

| | |
|---|---|
| Gibboſa | Inſenſatos |
| Depreſſa | Fæminatos |
| Quadrata | Intellectus optimi |

SVPERCILIA.

| | |
|---|---|
| Protenſa ad tempora | Deriſores |
| Alta | Vaniloquentes |
| Depreſſa ad naſum | Rigidos |
| Coniuncta | Inuidos, improbes |

AVRES.

| | |
|---|---|
| Patulæ paruæ | Inſenſatos, ſtultos |
| Tenues, circunciſæ | Fatuos tamen malitioſos |
| Craſſæ magnæ | Surdaſtros impudentes |
| Preſſæ | Ruditatis ſignum |
| Quadratæ | Eruditionis |

FACIES.

| | |
|---|---|
| Plana denotat | Litigioſos homines |
| Macilentior | Sapientes |
| Carnoſa | Dociles, ingenioſos |
| Triſtis | Prudentes, ſtudioſos, |
| Carens tumore | Iniurioſos |
| Larga | Stupidos |
| Magna | Rudes, ſtolidos |
| Macra | Studioſos, deamatores |



| | |
|---|---|
| Erubens quandoq; | Verecundos |
| Circumlata | Animoſos |

NASVS.

| | |
|---|---|
| Acutus | Iracundos |
| Magnus | Bonos uiros |
| Paruus | Deceptores |
| Simus | Libidinoſos |
| Craſſus, humilis | Malis moribus |
| Aquilinus | Fortes, dociles, magnanimos |
| Nares ſolidæ | Fortitudinis |
| Rotundæ | Timiditatis |
| Diductæ | Alacritatis |
| Anguſtæ rotundæ | Stultitiæ ſignum |

DE ORE.

| | |
|---|---|
| OS latum | Audaces, bellicoſis |
| Vaſtum prominente labro ſuperiore | Voraces loquaces, impios crudos ineptos |
| Concauum | Inuidos ſceleratos |
| Magnum | Caninam eſuritionem |
| Paruum | Fœminas |
| Magnum | uiros decet. |
| Labra Subtilia | Eloquentes |
| Labra Carnoſa | Stultos |

Quibus canini dentes labra extolluntur denotant contumelioſos perfidos.

## DE CERVICE.

| | | |
|---|---|---|
| Longa, exilis | Timidos, malis moribus | |
| Craſſa longa | Furioſos, pertinaces | |
| Mediocris | Dociles uirtuoſos | |
| Craſſa | Rudes, barbaros, difficiles | |
| Aſpera | Coutumelioſos | |
| Curta | Temerarios | Indicant |
| Incurua | Iniurioſos auaros | |
| Flexa in Dextris | Temperatos moleſtos | |
| Siniſtram | Ganeones, ſtultos | |
| Gurgulio aſper | Nugaces, inanes | |

## PECTVS.

| | |
|---|---|
| Ingens | Laudatos uiros |
| Amplum | Audaces,probos,magnanimos |
| Paruum | Timidos homines facit |
| Corpulentum | Crudeles, inhumanos |

## MAMILLAE.

| | | |
|---|---|---|
| Pendentes a pectore | | Violentos |
| Venter | Magnus | Stolidos luxurioſos ſuperbos |
| Strictus pectore amplo | | Intelligentes,boni conſilii. |
| | (Latum generoſos | |
| Tergum | (Mediocre | Laudabiles |
| | (Incuruum | Parcos Auaros |



| | | |
|---|---|---|
| Brachia | (Prelonga | Audaciam robur probitatē |
| | (Succincta | Seminariū diſcordiæ, libidinis |
| | (Curtæ ſatis | Craſſos,Rudes |
| Manus | (Pingues cum digitis | Furaces |
| | (Paruæ | Verſutos |
| Pedes | (Carnoſi | Fatuitatem |
| | (Parui leues | Duritiem. |
| | (Subtiles | Ignorantiam |
| Tibiæ | (Groſſæ | Audaciam fortitudinē |
| | (Latæ | Fortitudinem corporis |
| Neruoſæ | | Robur |
| Curtæ & pingues | | Immanitatem |
| Gibboſæ & cauæ | | Malos mores |
| Molles Turgidæ | | Morigeratos |

Suræ Craſſæ &curtæ Aſperum calcaneū & pinguia crura fatuitatem,inſaniam indicant.

ΤΕΛΟΣ.

LVCAE GAVRICI EPISCOPI
Alia hominis Phyſiognomia.

## DE OCVLIS.

OCVLI decentes læti, uigilantes, aperti, clari, lucidi, mediocres, neq; ſatis rotundi denotant homines ſanæ mentis, probos uitæ integerrimæ ſceleriſq; puros, & uirtute præditos
Oculi grandiores extra foueas & foramina prominẽtes, portendunt craſſæ mineruæ, Ignaros, hebetes ingenio, pigros, ſimplices, mendaces, luxurioſos,
Si fuerint oculi nimis ampli aut prodigioſæ aperturæ itidem affirmant,
Profundi nimium, inſinuant homines inuidos, malicioſos, ſtructores ſcelerum, atq; malorum ſuſpitioſos, iracundos,
Compreſſi & quodamõ clauſi, tanquã ad ſcopũ intendentes denotant crudeles, tyrannos, & homicidas.
Deflaueſcentes quando circum uoluuntur ultro citroq; portendunt homines mendaces, inſtabiles, arrogantes, libidinoſos, atque impudicos.
Fucati atq; citrini coloris oculi ſunt omnium peſſimi quare homines iis prediti erunt ſceleſtisſimi.

## DE SVPERCILIIS.

SVpercilia dura complicata uel rubra homines denotant impudẽtes, inuidos, inuerecundos, audaces,
imperioſos,



imperioſos,
Qui ſupercilia ſurſum erigunt, dum alios allocuntur, ſuperciliosi, dicũtur & qui ſe ſuper alios efferre cupiunt, ſuperbi audaces,
Supercilia Albicantia denotant homines effeminatos libidinoſos cito credulos & ſtolidos,
Concreta inſinuant homiues omnium peſſimos,
Coniuncta notant maleficos atque maleficis artibus obnoxios, plagiarios,
Titillãtia, animoſitatis & audacitatis indiciũ prebẽt,
Hirſuta, ſimplices, bardos,
Plana molliuſcnla atq; ſibi inuicem conreſpondentia ex æquo pediſq; nigrãtibus homines decernũt probos iuſtos & optimæ atq; cõtẽperatæ cõplexionis,

## DE FRONTE.

PRegrandis rotunda depilis decernit homines mẽdaces audaces arrogantes,
Oblonga cum facie oblonga, & tenui mento, crudelitatem & tyranidem,
Confuſa & tumida cum nimia uultus pinguedine denotat homines craſſos, hebetes phlegmaticos inſtabiless perfricantes frõtem hoc eſt qui pudorem abiiecerunt, arrogantes,
Frons ingirum eleuata ſi capiti bene correſpondeat à nonnullis probatur,

Rotunda, temporum prominẽtias occupans hoc eſt eleuata denotat magnanimitatem arrogantiam, Ingenii preſtantiam & honoris cupiditatem,

Cutis glabra hoc eſt ſine pilis & complanata homines denotat prophanos, iracundos fallaces, fedifragos, preditores,

Caperata &rugis cõtracta in medio tamen decliuior crudelitatem hominis indicit, una cum ingenio,& animi magnitudine, & audacia.

## DE NASO.

QVi recuruos habẽt naſos ut Aquilæ et accipitres natura, conſueuerunt eſſe auari rapaces proditores impoſtores, detriſores &audaccs, Quin etiam Rinocerotis naſum habent, qui alios irrident, naſo adunco prediti, ſuntq; audaces & magnanimi, quanquam alioqui apud perſas magno fuerit decori, Si cuti xerxen habuiſſe narrant hiſtoriographi, fuit quippe nimium Audax. Deriſor & magnanimus,

Qui uero cum naſi curuitate ſuperne prominentiam habuerint remiſſa tamen non nihil curuitate, liberales ſunt magnanimi tamẽ ſuperbi & eloquentes, niſi illius Apex fuerit exacuatus uel acuminatus, qui quo magis exacuitur hoc magis reddet ſeueros & iracundos atque tergiuerſatores.

Naſi oblongi ſi in lateribus admodum prominentes



fuerint animi ſinceritatem preſeferunt, ſed corpore libidinoſos, & a caſtitate & pudicitia ſe parum potentes abſtinere, admodum mẽtulatos draucos crebros coitus nimium appetentes.

Craſſities &amplitudo narium hebetudinẽ adiiciet, ſtoliditatem & amẽtiam deriſionem dolos atq; immoderatum ad crebros concubitus appetitum.

Naſus in medio latus atq; non nihil compreſſus, inſumitate uero eleuatus mẽdaces proteruos loquaces petulantes atq; crudeles homines facere conſueuit

Longus & undecunq; rotundus homines denotat rapaces, & celeſti quodam fato ad omne malum pronos.

Vbi naſus fuerit liuidus uel rubeus uel ſane rubeis fibris intertextus aut punctulis rubicantibus magnũ indicant potorem, bibonem.

Siticuloſum, ebrium calido epate, deditum luxuriæ, epycuri de grege porcũ guloſum atq; temulẽtum.

Cartilago que in naſi ſumitate eſt ſi ſerpere ſe permiſerit ac perinde attactu findi digitulo poterit, indicio eſt iuuenem uel puellam corruptos fuiſſe & non uirgines eſſe, ſed uitiatos.

## DE ORE ET LABRIS.

OS patulum habentes ſiue labrones denotat eſſe mendaces, impudicos, luxurioſos, audaces ob-

ſtreperos impoſtores,

Anguſtum decernit homines ſecretos Archanorum retentores modeſtos, timidos, pudicos, ſobrios atq; ueridicos, largos, liberales.

Labris pregnantibus & quibus dependet labium inferius adeo ut dentes emineant indicium eſt huiuſcemodi homines eſſe indociles, bardos, ſtupidos, luxurioſos, impuros, malignos, & inconſtantes,

Illud experientia compertum eſt, tenuibus labris loquaces eſſe garrulos eloquentes, ſagaces, ingenioſos atq; prudentes,

## DE LINGVA.

Lingua tenuis acuminata limata, uiperarum more eloquentiam aſtutiã & calliditatem decernit

Groſſa, immoderata prelõga ballutiẽtes effecita, ſtrologi ballutiem uel mutitatem Mercurio euerſo & retrogrado & male affecto tribuunt.

## DE DENTIBVS.

Dentes ſpiſſi & contigui uitam longam portendunt, & robuſto corpore ſanos,

Marcidi uaccillantes minuti & rancidi breuem uitæ periodus inducant,

Diſlocati diſcõtigui & extra ſeriem Stantes, nebulones indicant locutule cum inſolentem inſtabilem,



ſed pompoſum.

Qui dẽtes habent candentes, & plures quam 27. uel ſaltẽ 28. uel 36. longeui erũt in terris & fortunati.

## DE MENTO.

Mentum acutum audaciam & tyranidem arguit membris quibusdam mutilati uel ſignati ut potecericientes & altero pede claudicantes ab hominum conſertio ſunt effugiendi, cauendumq; eſt ab iis quos natura ſignauit, quemadmodum faciem ciratrioſam habentes,

## DE CAPILLIS.

Comati & hirſuti cholerici ſunt propter calorem, & humores aduſtos,

Ceſaries plana tenuis mollicula homiues denotat molles timidos remiſſos pacificos;

Groſſa & tsnax decernit homines audaces, robuſtos, fortes tamen fallaces,

Frons capillata & hirſuta denotat hominis luxuriam uanitatem Arrogantiam.

Capilli ſuptiles & plani denotant ingenioſos Groſſi, & criſpi ingenio hebetes, Aſt

C riſpitudini ſi accedat durities & aſperitas ingenij ignauiam præſeferunt.

Quæ in angulis temporum in morem unius cornu

efficitur, criſpa & galeata ſeu criſtata uel rubra præ cæteris hominibus alicui uitio graui implicitos & deditos diiudicato.

Illa optima eſt ceſaries quæ candenti quodam nigrore nigreſcit uel quæ ſit alba, flaua uel ſubalbida ſeu glauca hi enim ſunt prudentes cogitabundi fideles

Crines criſpi groſſi homines denotant rudes male morigeratos.

Illud obiter adiiciendum eſt, qtibus præmaturi ſuccreſcunt crines cani in iuuenta, fere inconſtantes inſtabiles, impudicos parum interris longeuos.

Quibuſcunq; Mulieribus barbitum ſuccreſcit has uiragines dicito certum tamen eſt coitus ſemper eſſe Appetentiſsimas.

## DE AVRIBVS.

AVres oblõgæ patulæ & aſininæ homines denotãt rudes & beſtias,

Auritæ enim in morem aſinorũ ignauos ſignificãt, & aſininis moribus,

Minuſcule aures obmutiant homines inſtabiles & fallaces ut ſunt ſimiæ.

## DE CAPITE ET COLLO.

CAput ſuperne acuminatum homines denotat inſtabiles bardos indociles hebetes ingenio atq; inuidos.



Rotundum, mole ſeu magnitudine medium portẽdit uiros, ingenioſos, ſagaces, uerſutos, bonæ memoriæ.

Collum exile, & gurgulione non ualde oblonga denotat homines ſenſatos, prudentes, ingenioſos, ad ſingulas diſciplinas, perdiſcendas, idoneos.

Exiguum, & prelongum collum denotat homines inſipientes, debiles, & infortunatos

## DE FACIE.

FAcies crocea non ex natura minatur icteritiam, aut fellis inundationem uel ſplenis oppilationem aut choleræ abundantiam, hij nunquam 63. uitæ Annum excedunt.

Inflationes maxillarum non accedẽte carne epilepſiã & morbum regium preſagiunt.

Facies pallida nuſquam probatur.

Color faciei rubeus nullibi non ſuſpectus eſt, quippe complexionem indicat calidam,

Luridus, uel plumbeus, illaudatus eſt, & peſſimas animi affectiones denuntiat utpote inuidiam, iras rancores, inſidias, prauas, machinationes,

Albus femineus, mollis frigidus, homines denotat frigidos, & molles effeminatos ſed rubedo albedini interpoſita laudatiſsimus eſt hominesq; honeſtis rebus occupatos redigit, & ad omnia idoneos.

Quibus oblonga facies eſt prominentibus hinc in-

de maxillarum oſſibus decernit audaces, ſuperbos, iniurioſos, rixoſos, fallaces.

Mediocris non macilenta admodum neque prepinguis ad omnia aptos fore decernit.

Macilenta mediocriter denotat homines ingenioſos ſtudioſos, prudentes.

Carnoſa inſinuat, pigros, tardos, lentos, timidos, uenereos, inſtabiles, ereſumptuoſos, & quo maior acceſſent craſſities hoc hebetiores reddet, & intractabiles.

## DE SPECVLIS.

Hec tua que terſo facies iaculator ab orbo,
Nec nimium placeat, nec tibi diſplaceat.
Si formoſus eris, uitiis non turpior eſto
Sin fueris turpis: pectora pulcra geras.

## DE CVTICVLA CORPVS Ambiente.

Cuticula alba carnoſa denotat phlegmaticos Fuſca ſubrubicunda cholericos eſſe denotat.

Nigra ſubnigra pallida, uel ſubpallida melancholicos uel cholericos aduſtos

Neruoſa, rugoſa, calloſaq; cholericos Gracilis Tenuis alba, imbecillitatis, & phlegmatis indicium prebet.

## BRACHIA.

Neruoſa, robuſtos, & fortes uiros denotant

Prolipſa



Prolipſa, portentoſa inſinuant audaciam, fortitudinem, ignobilitatem, & breuem uitam

Curua & curta reſpectu ſtaturæ ingratos, auaros, impudentes, inuidos ſuperbos obtrectatores.

Piloſa, petulantes, uenereos, uafros, aſtutos, inſtabiles, uerboſos denunciat.

## DE PECTORE.

Pectus prominens, fortes, & audaces decernit, item luxurioſum, procacem, laſciuientem, in uerbis ſuperbum, iracundum, tenacem:

Hirſutum ueluti quadam pilorum ſilua obductum cholericos indicit homines.

Quibus in gibbum eleuatum inequaleq; fuerit altera parte, portendit homines fallaces, Inſidiatores, & ad peſſima quoq; flagitia procliues martiales, uanos, hipochritas.

Quibus ſuperne guttur uſq; rubet pectus dicito iracundos, contentioſos, præſumptuoſos, arrogantes, inconſtantes, timidos tamen.

Planum, carnoſum, mediocre, depile indicium eſt hominis diſcreti prudentis & bonorum naturalium ſectatoris.

Quibus minuta ſunt corda cæteris cordaciores eſſe ducito.

## DE VENTRE.

Venter piloſus & umbillico tenus hirſutus quum pri

mus luxurioſus decernit eum audacem, atq; magnanimum prudentem , intelligentem ſtudioſum , ſolertem , alioqui tarde fortunatum.

Venter tenuis & Macer calidam hominis atq; cholericam denotat complexionem.

Qui craſſos,adipoſos,atq; adomine trados habent uētres,ut plurimum rudes ſunt ingenio, & craſſa minerua, ad litterarum ſtudia aptos tanquam aſinos ad liram.

Tergum ſiue latus amplum , & robuſtum fortis robuſtiq; hominis indicium probet.

Ab hominibus recuruis atq; Gibboſis precauendum erit quippe qui inuidi,ſint , maleuoli , & nimium detractores.

## DE COXOIDICIS SEV coxis, & ſuris.

COXENDICES & ſuræ nimium craſſæ,&carnoſæ quin,& pedes,denotant uiros fortes atq; audaces , & nimium arrogantes.

Coxæ autem exiles & macilentæ , ac tenues, imbecillitatis indicium prebent.

## DE PEDIBVS.

PEDES depiles ſeu mundi abſq; pilis magnum denuntiant debilitatis , & impotentie argumētū.



Hirſuti autem , & piloſi incontinentiæ , audaciæ inditium perhibent .

Pedes duri inſinuant homines obtuſos ingenio hebetes atq; nimium rudes.

Quibus fuerint pedes molles , & leues mollia atq; leuia quoq; ingenia.

Quibus item mulieribus prelongi fuerint pedes hæc ad procreationem liberorum ſunt preceteris aptiores idoneæ, & faciles.

In mulieribus dicunt pedum phyſionomi pedes eſſe ſignum uuluæMagni etenim, & longi pedes magnam , & largam peniſq; uoracem uuluam eas habere autumant.

Medici inquiunt , niſi calefactis pedibus , ſi prius fuerint frigidi , uix quempiam poſſe cum mulieiribus coire,

## DE STATVRA CORPORIS.

STATVRA corporis bene proportionata , & decenter obeſa, atque alijs qualitatibus probe inſtructa homines decernit ingenioſos prudētes modeſtos, & in rebus omnibus expeditos,

Statura igitur corporis admodum procera homines denotat parum longeuos , & obliuioſos,

Legitur apud hiſtoriographos de Maximino qui ob inſignem , & ſatis portentoſam corporis longitu-

dinem pro bardo habitus fuit, ueluti Corebus, Melites, & cataces ſtolidi.

Nos etiam ſingulis propemodum diebus paſſim uidimus, omnes qui fuerunt tam prodigioſæ longitudinis, & neutiquam proportionatæ, parum uel nihil omnino ſapere,

Atq; id potisſimum ſi macilento fuerint, & eum longo atq; ciconiano collo, & macro, eosq; fuiſſe ſtupendæ ſtoliditatis, & Amentie, immo parum longæuos, ob texturam membrorum diſperſam uirtus quippe unita fortior eſt uirtute diſperſa Compago corporis bene proportionata homines efficit ingenioſiores, elegantes, facetos, & in terris longæuos.

In urbe omnes uiderunt quendam cercopitecum deformem capite rotundo & paruo, fuiſſe blaſſematorem, luſorem, reprobum, ignarum, in rebus autem eccleſiaſticis fortunatisſimum licet, ex obſcuris parentibus genitum,

Neq; multum ab illis etiam proceræ nimiũ ſtaturæ diſtant, qui curuiter incedunt & ſunt gibboſi à teneris unguiculis, ſeu a natiuitate, unde illud emanauit ueteris fortaſſe prouerbii dictum, Raro uidimus uiros proceræ, admodum ſtaturæ ſapientes & parũ humiles, quippe qui ſunt ſuperbi, Puſilli etiam ſtatura ſolẽt eſſe ſuperbi, ſed ingenioſiores, proceris

Habẽtes luminaria & pleroſq; planetas in ſummo cæ



lorum culmine præſertim ſub ſignis auſtralibus ut plurimum ſunt macilenti et proceræ ſtaturæ.

In imo autem cæli cardine ſunt paruæ ſtature & ſucipleni, ſagaces, ingenioſi, & ſatis docti,

Qualem uidemus & audiuimus Pataui, & Bononiæ legentem Perectum Põponatium Mantuanum ſatis puſillum ſtatura, ſucciplenum capite magno, ſed proportionato, phiſicum maximum & in terris longæuum.

Talem quoq; legimus fuiſſe Dionyſium Abbatẽ Romanum in Mathematicis diſciplinis eminentisſimum, qui in Nicena synodo præfuit 318. prælatis, uertenteq; humanati uerbi anno 322. calendarium caſtigauit eccleſiaſticum, uti par erat.

In genituris propemodum infinitis diligenter obſeruauimus eos fuiſſe magis robuſtos, uiuaciores, & in terris diuturniores, qui in eorum genituris habuerunt luminaria & cæteros planetas ſub terra & inferiore hemiſpherio, quam qui in ſuperiore, licet Claudius Ptolomeus cõtrariũ edocuiſſe uideatur, dum ſcripſerit in 3, Apotheleſmatum libro luminaria & planetas ſub terra nequaquã poſſe ſibi aphericã uẽdicare prerogatiuã, ſi Ptol. ſentẽtia nõ claudicaret

Paulus III. Romanus Pont. Max. nunquam pontificiam dignitatem ſortitus fuiſſet, quippe qui iam diu morti occubuiſſet, ſed quoniam luminaria, &

omnes planetæ in ſui natalis ſchemate fuerunt ſub terra & habuit tres Aphetas horoſcopum ſcilicet & utrunq; luminare datores uitæ, iccirco ſanus ac letus uixit Paulus Tertius Pontifex Maximus

Ad calcem fere anni chriſtianæ lyturgiæ 1549. ſuæ uero etatis Anno 82. diductis menſibus 3. cum diebus 20. uel circiter, quare anima eius corporeis nexibus reſoluta ad celeſtem patriam remigrauit.

Ex planetis ſub inferiore hemiſpherio ſupputatis fuit corpore puſillus, Ex Mercurio autē partiliter fere in horoſcopo & ab Ioue feliciter irrorato, fuit latinæ & græcæ eruditus, profūdæ memoriæ, in theologicis & Mathemacis diſciplinis nō uſq;quaq; ignarus, & uiris doctis munificentisſimus, candidæ pacis Amator.

ΤΕΛΟΣ.



## DE NEVIS SEV NEVOLIS in Corpore Humano ex Niciphoro.

### IN FRONTE.

NEVVS in fronte uiri plurima bona illum fore peſſeſſurum indicat.

In fronte etiam Mulieris illam magnæ quidem Auctoritatis futuram inſinuat.

### EXTRA SVPERCILIA.

In maſculo, Neuus extra ſupercilia formoſam ſpecioſam quin etiam probam pollicetur uxorem:

Ibidem in femina, uiro diuiti, & formoſo copulabitur.

### IN SVPERCILIIS.

Cuiuſcunq; hominis neuus fuerit in ſupercilijs a cōiuge ducenda penitus abſtineat, quinq; enim uxores ei pollicetur.

In ſupercilio autem mulieris totidem uiros uel cum quinq; hominibus geniale conſortium habebit.

### NARIBVS.

Maſculi, denotat quatenus ad rem ueneream erit admodum propenſus quum talem quoq; neuum habeat in pudibundis, & coſta ſiniſtra.

In feminæ autem naribus ſeu cute qua oculus tegitur quod & ipſa illum in ſecretiori habeat parte corporis

contineat eritq; ad rem uenercam procliuior plus quam maſculus.

IN NARE EX OBLIQVO.

In naribus maſculi ſi neuus ex obliquo conſtiterit ipſum per urbes uarias uagaturum fere hinc inde denunciat.

In fœmina ibidem poſitus neuus eam aliquid mali impedibus per paſſuram fore denunciat ab equis ſiue alijs quadrupedibus.

IN GENIS.

In Genis neuum ſi mas contineat Diues euadet, & honoratus,

At ſi fæmina neuũ habuerit in maxilla inferiore, eoq; conſimilem habeat ubi uenter deſinit, uiuet in diuitiis, ſed morboſa & ualitudinaria.

IN LINGVA.

In Maris lingua poſitus neuus ei diuitẽ formoſamq; uxorem pollicetur Mulieri uirum diuitem.

IN LABIIS.

N euus tam maris quam fæminæ in labro poſitus, gulones, ſiue guloſos, bibones, uoracesq; denotat.

IN MENTO.

Si Mas neuulum habeat in mento Diues erit auri, & argenti, idem eſt & de fæmina iudicium.

IN AVRE.

In Auricula maris neuus ſi fuerit Diues & celeberrimus



mus euadet, itidẽ & mulier ſed infemore ſignabitur

COLLO.

In collo ſiue a ſummo ſpinæ tractu ad imum uſq; alicubi poſitus neuus, ditiſſimum fore portendit, fæminas quoq; eadem fortuna ſequetur,

CERVICE PONE.

Neuus in maris ceruice pone exiſtens illum decollandum fore denunciat, fæminam uero ſuffocandam.

LVMBIS.

Si tam maris quam fæminæ lumbis adheſerit, uterq; inopia, plurimis infortuniis, atq; in fælicitate opprimetur,

HVMERIS.

In Maris humero neuus uincula, carceres & multas anguſtias minatur.

MAXILLA.

Tale ſignum in uiri maxilla: ei diuitem, & formoſam uxorem pollicetur, At mulieri uirum diuitemquoq; & uenultum.

MANIBVS.

In manibus tam uiri quam fæminæ eos in ſobole procreanda fecundos inſinuat.

PECTORE,

Mas & fæmina habentes in pectore neuum ſiue porrum paupertatis onere oppreſſos fore diiudicato.

SVPRA COR

Si ſuperne ubi cor palpitat mas neuum geſtauerit,

Talem nequiſſimum eſſe recte diiudicabis, & non aberrabis,

PAPILLA

In Papilla, ſeu mammilla mulieris ſi neuus apparuerit, itidem faciendum erit uaticinium.

ALVO.

In Aluo ſeu uentre tam maris quã fœminæ conſiſtens neuus, uoracem, gulonem, lurconemq́ utrunq́ deſignat.

SVB ALVO.

Si neuus ſub Aluo utriusq́ fuerit eoſdem ualetudinarios & male ſanos fore diiudicato.

LIENE SPLENE

Quum Neuus in utroq́ apparuerit ſupra eã partem, in qua locus eſt lienis ſiue ſplenis, male affecti & ualetudinari uitam peragent,

PVDENDIS LOCIS

In locis pudibundis ſi fuerit neuus tales coitu gaudebunt inexplebili, ſed mulier quanuis fuerit iam laxata uiris nunquam ſaciata recedet.

IN MEMBRIS GENITALIBVS.

Si mas habuerit neuum in genitalibus membris, mulier autem in uulua uir maſculos, Mulier autem fœmellas procreabit atq́ ſuſcipiet

INGVINE.

In utriuſq́ inguinibus, utriſq́ diuitiarum exuberantiam decernit.



GENV.

In genu ſeu poplite uiri ſi neuus fuerit diuitem ſortietur coniugem.

In genu ſiniſtro mulieris liberorum fæcunditatis indicium præbet, indextro autem probitatis.

TALO PEDIS

Mas in pedis Talo ſiue calcaneo neuum geſtans uxori ueſtes interdicet, ſeu ueſtiũ eripiet uſum, mulier autem uiro poteſtatem intercipiet, eiq́ dominabitur, utpote uir uxori, Vxor uiro.

TRACTV SEV PLANTA PEDIS

In pedis planta utriuſq́ fecunditatis liberorum præbet indiciũ, multos enim procreabunt & ſuſcipiet filios.

Sciendum itaq́ ſit hoc, quod tam mas quam fæmina a dextra corporis parte ſigna ſiue neuos habentes probi erunt, ac diuites efficientur, A leua autem calamitatibus ut plurimum obnoxij, pauperes redigentur, hæc ex Nicephoro.

Laudatur neuus in facie.

Neuus in gula mulieris ſignificat eam perfecte amari a uiro.

Neuulus ſupra oculum dextrum denotat mulierẽ ab aliquo magno uiro amatam fuiſſe,

## EX ABENRAGELE SIGNA APPArentia denotant occulta,

| | | | |
|---|---|---|---|
| In Facie | Gula | Supercilio | Frōte, manu |
| Teſticulis | coſtadextra | Pectore | Priapo |

| | | |
|---|---|---|
| Naribus | Inter ſupercilia & palpebras | Vultu ſub naribus |
| Coſta ſiniſtra femoreuelPriapo | Natibus uel ītra penē & ūbillicū | Brachiointerhu merū &ūbillicū |

## AXIOMATA ASTRONOMICA.

QVandocunq; inſpexeris quépiam geſtare faciem cicatricoſam, Si dixeris illum in ſui ſchematis natalicii horoſcopo habuiſſe Martem peregrinum uel Solem luminare conditionarium a Marte uulneratum precipue tetragona radicatione, nihil profecto aberrabis.

ISTE Aphoriſmus elicitur ex Ptolomei 74. enunciato dum ita ſcripſit.

Quicunq; Martem Aſcendentem habet, omnino habebit inſignem in facie cicatricem.



MEO autem arbitratu in capite uulnera deguſtabit, uel faciem cicatricoſam geſtabit, ſi Mars fuerit peregrinus.

Sol martis Tetagrono intuitu ſauciatus itidem aſſerit, & carceres obnunciat, & deniq; uiolentam mortem, ſed ante obitum, oculi præcipue dextri acies hebetabitur.

ΤΕΛΟΣ.

# PER LVCAM GAVRICVM GEOPHONENSEM.

## CHYROMANTIAE AXIOMATA.

GRAECI chyromātiā appellant diuinationem, quæ ex manus inſpectione colligitur, Græce chyros manus, Mandia diuinatio

Manus dextra ut plurimū prima ad opus deducitur, humani corporis miniſtra, ſiniſtra autem ſocia, adiutrix uel pediſſequa & interdū ſuccedit leua ſorori

Infantes cum primum in lucem ueniūt, dextram manum aperiunt, ſuam ſortē oſtenſuri, natura ſuadēte.

MAnus hominum utraꝙ in 5. digitos diuiditur. Quorum primus pollex ex duabus conſtat iuncturis ſiue articulis.

Reliquorum 4. quiſꝙ, tres habet Iuncturas.

| | Dicati | Digiti |
|---|---|---|
| Pollex | Saturno | 1 |
| Index | Ioui | 2 |
| Medius infamis | Marti | 3 |
| Anularis | Soli | 4 |
| Auricularis | Veneri | 5 |
| Triangulus | Mercurio | 6 |
| Percuſſio | Lunæ | 7 |










## DIGITORVM QVINQVE NOMENclatura, & uerus atq; cœleſtis ordo Planetis deputatus.

1 PRimus digitus Saturno dicatus dicitur pollex, eo quod cæteris præpolleat & a brachio oriatur, unde uerbum pollicare quod pollicem ſpectet, fortaſſe, ſexcupedes interimere.

2 Proximus denominatur index Ioui ſacratus, quod indicando aliquid ad pollicem pertineat, ut ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

3 Infamis medius utrinq; inter digitos, & cæteris longior in ordine tertius Marti deputatur, quoniã mauors tranſgreditur latitudinem ſigniferi, & ſub tuberculo ipſius licet uaticinari ita genito carceres & tormenta brachiorum & uulnera quot in eius tuberculo reperiuntur lineæ Saturno ſacratus nuncupatur infamis & impudicus, item a quibuſdam uocatur Medicus, quãdoquidem Medici chyrurgi eo utuntur in locis infamibus & obſcenis, Dicitur quoque uerpus quoniam cõtra uerpos recutitos illum exerunt, quando illos irridere conſuerunt, Vnde illud poetæ ſatyrici, Et medium fortunæ oſtenderat unguem.

4 Digitus quartus omnium iudicio Soli deputatur, & Anularis nuncupatur, quippe qui Aureis Anulis

circundari ſolet, præſertim is qui in ſiniſtra geſtatur manu, quoniam in ſectis corporibus humanis, per Anothomiam repertus fuerit neruus quidam tenuisſimus,& ab eo digiti neruo adCox hominis, protenditur, unde uiſum eſt maioribus noſtris eundem digitumAnulis aureis quaſi corona circundari debere,uel ob Auri inſitam uirtutem,quo hominis precordia uegetantur & corfortantur.

5 Minimus ſeu minor cæteris digitulus nuncupatur Auricularis,quoniam eo uti ſolemus ueluti Auriſcalpio emungẽdis auribus,& Veneri cõſecratur. per quem de connubio & liberis rite uaticinamur, non autem ex pollicis tuberculo, ueluti autumant pleriq; Triuiales chyromantici.

6 Item ſextus in palmæ meditulio locatus Mercurio ſacratus perinde atq; Deorum nuncio, qui ſi fuerit bene affectus homines efficit ingenioſos & ad omnes diſciplinas capeſcendas idoneos.

7 Luna in extremitate manus quæ percusſio,ſeu uia lactea nuncupatur, ſi ibi fuerint multæ lineæ tranſuerſales multa decernit itinera,ſin directæ uerſus auricularem digitum in longitudine uergentes, in itineribus uitæ diſcrimina minitatur.

Item a monte ſeu tuberculo pollicis lineæ multædeorſum tendentes uerſus reſtrictam, aſpera portẽdunt itinera.



Circulus in 2. pollicis iunctura, brachiorum tormenta & deniq; ſuſpenſionem minatur(inquiunt fere omnes chyromantici)præſertim ſi ille circulus, ſiue linea fuerit groſſa & profunda, ſed quando fuerit rubra, huiuſcemodi pericula portenduntur.

Lineæ ſurſum tendentes uerſus tuberculum Martis uulnera, & carceres obnunciant.

Lineæ profundæ intra montem Iouis et Martis uulnera quoq; minantur in facie, & uentris profluuium ſiue diſſinteriam.

Si cum linea illa fuerit profunda & groſſa & extenditur deorſum intra tuberculum indicis & digitum medium cæteris longiorem, ille qui ſic eam habuerit in manibus, lethalia uulnera deguſtabit in facie ſeu capite,præſertim quãdo fuerit rubra,ſi illa linea fuerit in manu dextra inferet uulnera,ſeu cicatrices in parte capitis dextra,ſin in manu ſiniſtra, in parte ſiniſtra.

Si linea uitæ extenditur uſq; in dorſum indicis, ita genitus biothanatus interibit.

Cingulum Veneris utpote linea curua, ſinuoſa,ueluti ſemicirculus, qui ab digito indicis,ad Auricularis tuberculum protenditur ex amore ſeu Zelotipiæ titillationibus uitæ diſcrimina denuntiare cõſueuit Alioqui ex adulterio uiolentam mortem.

Lineæ plurimæ ſurſum tendentes in ſummitate digitorum , & profundæ tot minantur uulnera læthalia quot erunt lineæ,uel circiter & deniq; ſtragem,



Tales habebat cardinalis papiæ qui fuit confeſſus Rauennæ ab Vrbini Duce,& Aldrouandinus plateſius eques Bononienſis noctu obtrūcatus in ſuis edibus & caſtro Sauonāzæ,

QVando tres lineæ principales ſimul in unū pūctū cōcurrerint,itaquod ſuperne duos utrinq; fecerint Angulos intra pollicem, & indicem,qui eas habuerit in manibus,ſuffocabitur,uel laqueo uitam terminabit.



QVando prædicte tres lineæ principales fuerint diſiunctæ & ſeparatæ nullum fecerint Angulum hoc pacto acuta bipenni caput a ceruice ſeparabitur & diſſoluetur,aut in occipiti ceco Malleo ferreo ſeu claua trinodi percuſſus interibit, eiusq; cadauer in 4. Artus amputabitur;ſed ante obitum in partibus obſcuris aperturam patietur,uel ernia cruciabitur.



QVando ex tribus lineis principalibus deficit media naturalis, ſed duæ dumtaxat extremæ concurrunt ſic ſuperne, itaq; unū tantummodo faciant Angulum precipue in utraq; manu, totum fermæ corpus illius






qui ſic eas in manibus habuerit adunca forpice ignita paſſim dilaniabitur, poſtremo eius cadauer in 4. Artus ſecabitur.

* Stella fixa uel † in tuberculo indicis diuitias & dignitates eccleſiaſticas portendit.

LEO X. Pont. Maximus optimus Auguſtisſimus, ſub indicis tuberculo habebat ſimilem ſtellam * in manu dextra, & † in ſiniſtra & iuuenum cardinalium patrocinio creatus fuit ſummus Antiſtes anno 37. ſuæ etatis uertente, ex ueneni tamen potione uitam cum morte commutauit.

Si intra lineam capitis & mediam naturalem fuerit magna latitudo, qui ſic eam habuerit erit liberalis, & mage prodigus quam auarus.

At ſi intercapedo illa fuerit ſtricta, & parua,erit parcus & auarus.

Si linea uitæ quæ propior & proximior eſt pollici fuerit longa,lata,& profunda & non interciſa,feceritq; ſuperne angulum,ita quod coniungatur cum media naturali,longam uitā diiudicato, & nullum fere imminebit uiolentæ mortis indicium,At breuis & interciſa breuem uitæ periodum diiudicato.

In quibuſcunq; hominibus plures quam opus fuerit, lineæ apparuerint in manibus,homines diiudicato ſuapte natura leues, atq; inconſtantes, At ſi illæ lineæ fuerint graciles indicant eos eſſe potius gene-

roſos quã degeneres,ſed nimiũ inſtabiles &uolubiles.

Si tres tantũ lineæ uel paucæ admodum ſed groſſæ &
profundæ fuerint,degeneres eorũ animos &ruſtici
tatẽ diiudicare poteris,robuſtos tamen & lõgæuos
in terris,In bene proportionatis hominibus ſufficiẽ
tes &continuatæ apparẽt lineæ in eorum manibus.

iquis tuberculum Veneris habuerit tumidum & al‐
tum erit nimium libidinoſus, ſed qui muſica oble‐
ctabitur, cum ſociis tamen iracundus & non nihil
prodigus potius quam parcus.

Digiti in articulis ſiue iuncturis groſſiores & intra ip
ſos articulos interualla gracilia & ueluti ſubtracta
carne ſicca,pauperiem & miſeriã portẽdũt,& homi
nes nimiũ loquaces,tandẽ chyragra laborabunt.

Si digiti in manib⁹ fuerint adeo cõiũcti & adherẽtes,
ut uix Aer per mediũ penetrare ualeat homines in
ſuis dũtaxat negotiis ſolertes inſinuãt,ſi largioresſu
erint digiti,Auaros,malignos,beſtiales,diiudicato.

Manus perlongæ & magnæ denotant hominẽ pro‐
bum,liberalem, tamen uerſutum, magno ingenio,
& bono præditum conſilio, Amicis fidelem.

Perbreues manus loquacem denotant, uoracem,con
uiciatorem,atq; inreprehenſibilem.

Manus parũ lõgiuſcula cũ digitis craſſiuſculis,homi‐
nẽ denotat leniũ morũ,& probum ſatiſq; modeſtũ.
Tamen lentũ inertẽ &phlegmaticæ complexionis,



Mulier habens palmas manuum breues & digitos ob
longos,in partu uitæ pericula experietur.

Manus uiri ſubtilis,longa,& bene proportionata,bo‐
niq; coloris,hominem decernit bonis moribus præ
ditum,iuſticiæ amatorem,& in terris longæuum.

Manus breuiſſima iuſta corporis habitudinem ſigni‐
ficat homines ſagaces,cauilloſos,ſed robuſtos.

Manus ad totius corporis quantitatem breuiſſima
digitiq; nimiũ breues,latiores autem, & craſſiores
in ſummitate homines denotant tranſgreſſores, fu
res,proditores,inſidiatores,ſacrilegos,prophanos,
&omni ſcelere, atq; nequitia repletos.

Si quiſpiam dum comedit,porrigit os ad cibũ quem
retinet in manu,diiudicari debet guloſus,prauiſmo
ribus præditus,malo ingenio,iracundusi& cum ho
minibus diſcors.

Si quis pollicem inter alios digitos clauſum retinet,
erit Auarus qui per fas & nefas uiuere uelit.

Si quis dum ambulat manus clauſas retinet mouens
brachia ultra citraq; erit impetuoſus,cogitabundus
ut interdum ſit ſui ipſius immemor.

Si quiſpiam ſuas manus ſupra zonam uel in ſinu re‐
tinere conſueuit, uel aliquando ad zonam ſiue cin‐
gulum, aut ſub zona ante uel retro,uel poſt terga
eſt uir adeo probus, ut nihil melius dici queat.

ΤΕΛΟΣ.

A-K4

17262/DA 202